sibi Summæ eiusdem præstitam esse persolutionem Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa oia mediante.

Malawski Charzewskie go Quietat

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmyslien Gnosus Vladislaus Malawski Sanus mente et corpore exns à Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibus q suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Præsenti vero Castren Capitan Præmyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Se cum Succonibus et bonis suis gnaliter omnibus plenarie et totaliter incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosum Eustachium Charzewski eiusq posteros de Summa Mille Florenorum Polonicalium ex Summa originali duorum Millium florenorum sibi Recognoscenti per præfatum Generosum Eustachium Charzewski coram Actis Terrestribus Præmyslien modo certi veri iusti et liquidi debiti inscripta et ad soluendum assecurata sese deriuante tum et de eadem ipsa Inscrone Debitorea Terrestri Præmyslien ad suprascriptam Summam Mille Florenorum Polonicalium sese tantummodo referente ob præstitam Summæ eiusdem Mille Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti persolutionem quietat emittit, dimittit et liberum absolutumq facit ac pronuntiat. Inscriptionem eandem debitoream ad Summam Mille Florenorum Polonicalium sese referentem cassat mortificat et annihilat. Recognoscens sibi Summæ eiusdem Mille Florenor Polon præstitam esse persolutionem. Salua altera Summa Mille Florenorum Polonicalium, tum et ipsa Inscriptione

Terrestri Premysliens. debitorea ad eandem restantem sum-
mam sese referente eiusdemque summa Mille florenorum Po-
lonicalium repetitione sibi Recognoscenti pleno in robore re-
servata. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemis-
sa omnia mediante.

Dobrzanskie Coniuges Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castren.
Capitan. Premysliens. Gnosi Joannes Dobrzanski et Anna Skogu-
sia Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a
Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis
et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Premysli-
614 en. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bo-
nis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt
et quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem
Consors cum eiusdem mariti sui viri tutoris coniugali authoritate
et assistentia se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis
inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter Illu-
stres et Magnificos Albrachtum a Krasne Krasinski Palatinum
Generalem Terrarum Masoviae Plocen. & Capitaneum et Zuzannam
de Koniecpole Coniuges ab una et se Recognoscentes parte ab
altera ratione arendae bonorum villae Paportno tum et ratione
certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum
de actu et data illius in Fortalitio Dobromiliensi die decima
Quinta Februarij Anno praesenti confectam conscriptam ma-
nibus tam suprascriptorum Illustrium et Magnificorum Kra-
sinskich Coniugum quam et ipsi Recognoscentium ab utrinque

propriis